



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs,  
tum pro Pœnitentibus**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

Fornicationum

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41773**

76 Lib 2. Cap. 1. § 8.

peccata. Idem dic si Confessa-  
rius idem modicè deflexerit a  
alios sermones, minimè facien-  
tes ad eiusmodi ministerium: un-  
**h** *Idem ib.* de fatis erit si dicat **h** *Audivi un-*  
**n** *§ 58. H.* vice plures Confessiones, abso-  
*sec. 3. n.* lutionem in statu peccati morta-  
**i** *§ 58.* lis ministrando.

*Fornicationes.*

56 Contra qui una, eademque  
nocte v. g. plures copulas habe-  
cum eadem: multo magis que  
plures copulas cum pluribus ei-  
dem nocte init, sicuti etiam que  
plures successivè occidit; debe-  
numerum explicare i copula-  
rum, & occisionum. Ratio est  
quia hic sunt diversi omnino i-  
ctus consummati, nec unus fa-  
ciens moralem unitatem cum  
aliо: in præcedentibus vero illi  
actus v. g. detractionum ex-  
faciunt unitatem moralem, si  
enim modo humano aestima-  
solet.

*i* *Idem ib.*  
*n* *§ 57. &*  
*n* *§ 58.*

57 Hæc exempli gratia resi-  
gill

gisse sufficit: cetera quæ huc facere possent, suis quæque in materiis explicabuntur. Solum animadverte contingere interdum posse, ut (licet sine interruptione) transeat tamen quis ad aliam speciem peccati, tunc eam explicandam omnino esse, ne aquaquam est ambigendum; verbi gratia, cœpisti percutere, & deinde voluisti occidere, ac occidisti: cœpisti clam detrahere, & deinde inter detrahendum supervenit detractus, te minimè à detractione desistente; Dico tum occisionem, tum etiam detractionem coram detracto exhibitam, hoc est contumelia, præter verbera, & detractationem ipsam esse Confessori aperiendam, ut de se patet.

i *De Lug.*

ib n. 559.